



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Dispvttationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Illvstrissimo Ac Reverendissimo Domino D. Ioanni Iavberto de Barrault  
Archiepiscopo Arelatensi, & Principi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)





ILLVSTRISSIMO, AC  
REVERENDISSIMO

DOMINO D. IOANNI IAVBERTO,  
de Barrault Archiepiscopo Arela-  
tensi, & Principi.

**P**RÆFIGERE necesse habui,  
Sriptorum omnium more (AR-  
CHIPRÆSVL ILLVSTRIS-  
SIME) huic operi meo nomen ali-  
quod magnum, ut quæ ipsi obscurita-  
te deesset auctoris, claritate Patroni  
fama accederet. Occurrit ita tunc mi-  
hi tuum omnibus simul rebus cla-  
rum, genere, dignitate, doctrina, pre-  
tate. Dabis igitur veniam non tam audacia mea, quam neces-  
sitati, si illud præ cæteris arripuerim, et eius ex splendore, et  
celebritate aliquid in meam istam qualemcunque Theologiam  
deriuarem: ipsaque diu cunctabunda; nunc tandem in pu-  
blicum prodire coacta, se primo tuum in sinum tuto recipere  
festinaverit. Et excepisses totam de schola puluere; nisi quod  
reuerentia memor se detegit, et vestis oram tua prius oscula-  
retur, et in sacris ad m... obreperet. Multa me volentem im-  
pulerunt, ut eam cuncta tua committerem. Ipsa nimirum indo-  
les Theatrum, quæ quibus, imò diuinis mysteriis assuetæ, mino-  
rum virorum tutelam nescit ardire; ad maximos volat: nonit  
cum, ubi sobria, at, cætera sidera emortui, facibus expallere. Tu



facilis illi morum suauitas, quâ omnes vis iuuare, propter  
comitatem, potes propter auctoritatem. Nobilitas deinde an-  
tiqui generis, quæ à claris, & ante septingentos annos ducta  
Majoribus, & propagata, ita sensim adoleuit ad gloriam, ut  
suum Maiano sanguini commiscuerit: & iam fecundis, ac  
felicibus hinc inde proles Comiti fratri generosissimo, Fuxeo-  
rum Proregi, antea Vice-Thalassiarcho Aquitanico, & Re-  
gis apud Hispanos Legato, ex nepte Principis sobolescat: Lu-  
caniacci castelli fatum est Paulinos alere. Domi tua nascun-  
tur, quos orbi christiano totum saculum parit. Diui Pauli-  
ni fuit, quæ cunc tuorum est sedes. At tantum incolam non  
lugent amplius domestici parietes, ex quo vident in te sanctis-  
simi Presulis virtutem, & scientiam rediuuas. Illustris  
familia commendatio est concessam à summis Pontificibus pia-  
cularem veniam omnibus, qui pro illius salute preces funde-  
rent. Pretiosus fuerit necesse est ille Maiorum tuorum labor  
pro re catholica pie, fortiterque susceptus, cuius merces, Chri-  
sti thesaurus. Munerarius, Pontifex: Exhibitores, Christiani.  
Hoc gentis decus, hæc singularis nobilitas, hac præclara stem-  
mata me quidem mouent, quia magna: mirum tamen, quia  
extra te nostra. Nemo satis in nostram gloriam vixit: nec  
quod ante nos fuit, nostrum est. Fumus est gloria, quæ de  
famosis imaginibus nascitur: clara verò laus, & egregia, quæ  
propriis ex virtutibus micat. Alienis bonis gaudere parum  
est, multum suis. Urasti, quæ te hætenus exortarunt In-  
fulas Romanam Purpuram, si Regi placet, ornaturus, neq;  
citius, quam merueris. Angustior erat Vazatensis Cathe-  
dra, quam ut te crescentem caperet: maioribus auctum titu-  
lis Arelatensis excepit. Nullus præclaram in sedes Trophi-  
ano Pauli discipulo successit hætenus dignior. Vixit enim  
virtutis pridem mortuus in te viu. Si nunc vixit, ille  
vigeret, quo Romam Pontificem sibi, & arca tota orbe  
lico adhibebant, illorum vice fungeret, ius legi, & mu-  
nus obire. Quantus erat Anastasius Episcopus Thessaloni-  
censis in Oriente, Acacius Constantinopolitanus in Egypto,

Archie-  
piscopi  
Arela-



Infes  
erant  
olim Vi-  
carii su-  
mi Pon-  
tificis  
in Gal-  
lia. Vi-  
de Geo-  
graphia  
Sacram  
lib. 5.  
p. 129. &  
Bellarm.  
lib. 2.  
de Rom.  
Ponti-  
fice cap.  
20.

Potentius in Africa, Salustius Hispalensis in Bætica & Lu-  
sitania: tantus esses more maiorum in Gallia: nisi forte quos  
aquares auctoritate, eosdem prudentia anteires. *Ea* vivendi  
ratio, quæ præcues omnibus, semper sua similis: eodem tenore  
gravis, non afflictis rebus fracta, non incundis elata, sine lu-  
xu splendida, sine superbia liberalis, sine fallacis, circumspē-  
cta, auctoritate potens, æquitate venerabilis, sapientia  
præstans, graviter officiosa, humaniter sœvera, modestè beata:  
ita te charum catholicis, hæreticis metuendum, utrisque specta-  
bilem reddidit, ut passim dicaris Episcopus ætatis quidem no-  
stræ, sed probitatis antiquæ. Hinc factum sæpe ut Ludoui-  
cus, vel hoc delectu sapientissimo Iustus, gravissimis te rei  
Christianæ negotiis imponeret. Periclitari enim non potest  
æquitas, te præside. Suavi concordia rem Ecclesiasticam  
Gallica, Gallicam Ecclesiasticam temperasti. Audis magnus  
Parisijs, maior Romæ. Honores tibi Rex Christianissi-  
mus manu laureata, & Chirographo triumphali decrevit:  
Urbanus ornavit, idque eo libentius, quod Barrautij nomen  
illustre profligato hæreseos monstro in Vaticanâ curia libenter  
auditur. Cæteris quibuscunque obtenti Episcopatus pri-  
mus annuus census exigitur, tibi donatur. *Virtus* est, &  
iam multis ab annis senex querela, homines iniquos rerum  
æstimatores laudem vitio tribuere, virtuti recusare. plures  
meritis opulentos esse, non laudibus. At virtutis tuæ privile-  
gium est, magnum esse pariter, & videri, ex quo Pontifex  
caput humani generis, à Christo secundum, de te splendide  
prominciauit, Nominatè Iaubertum ad Purpuram, non se-  
stinabit legatus, qui pileum deferat, sed volabit. O vo-  
cem præclarari! O dignam summo Pontifice! O tibi, tu-  
æque nomini gloriosam. Ergo fulgeres in purpura, & iam  
in eminentissimos, & inanis honoribus emineres. Meruisse,  
virtutis est. Gaudere meritis, est fortuna. Hi vere laudis  
præstati tituli, hæc superba decora, qua nulli corruptela, &  
edacitati temporis succumbunt. A primo mortuam lauda-  
re tam graviter magnum fuit, præ tanto vicia viciis oraculo



omne praeconium iacet. Malorum tamen odia, bonis laudes esse crediderim omni exceptione maiores. Deum amantibus omnia feliciter fluunt. Haecenus qui obfuerunt, gloria profuerunt. Honorificum de tuis virritibus suffragium tulit Gallia, cum primus omnium electus es, ut in Angliam mittereris. Quarebatur vir spectata prudentia, qui constantiam fidei in Regina tueretur, auitam religionem foueret, consiliis Principem inter haeticos degentem defenderet. Vnus omnium calculis dignus eras, qui eligereris: patuit ergo quam gratus esses Ludouico, quam charus Henrica sorori, qua Carolo Britannorum Regi nupserat, quam vtilis Reipublica. At recusatus ab haeticis irnotuit omnibus, quantus esses. Viros magnos verentur haetici. Hilarium Pictauesem Ariani, Augustinum Manichaei, Nestoriani Cyrillum, Iconoclasta Damascenum. Quid mirum si Puritani Iaubertum timuerint, hoc est fidei desertores magnum eius assertorem, & vindicem: noui Euangelij bucinatorum exterminium Doctorem, & orthodoxum. Mirabili commercio pietatem literis coniunxisti. Non abs re trepidarunt haeticorum Ministri, qui habent scientiam modicum, conscientiam minus. Haecesis in ciuitate popularis, regnat in aula. Affectantibus ante archaem iussit. Scire vult, sed ignota: grassari, sed occulta. Episcopos odit, qui vigilant, amat qui dormiunt, mendacium vocabulo, vel dormitant. Lupos inter, & Pastores non conuenit. Isti gregem custodiunt, illi dilacerant. Romae ad tantum Principis solatiura destinata gestijt, exclusi, & emiuit. Sperabat videlicet Britannis exulantem Christum reduceres, Edwardos & Ricardos arce reponeres, cunas Constantini, & Helena Romano redderes. Baptisterio: crudeles Leopardi deposita feritate mansuescerent: & qua sincera fidei sterilis fuerat, restituta religione fieret Insula Fortunata. Delictu peccant haetici: Verum in hac electionis tuae repulsa sapienter. Lex ex se ne dignoscitur, quam ex caris antiquorum haesum centumbris fidem assuerant, lacerasse. Prudentia fuit auertere, non unatius ingenij, sed quam infeliciter. Coacti sunt tandem regia auctoritate alium tui similem admittere, magna prudentia, doctri-



na, & virtute, aequè ac dignitate præstantem, & nunquam  
satis laudati Eminentissimi Cardinalis Perronij non minus  
heredem ingenij, quàm sanguinis nominisque participem. At-  
que euitarunt illi quidem lingua tua tela, non calami. Illa  
præteruolant, isthac hærent. Profligatus semel, renascens iterum,  
sape suo funere rediuiuus didicit error manu tua iacere, qui toties  
ceciderat. Eodem gladio spiritus, qui Verbum Dei est, & didisti  
quidquid ex Calvinismo hætenus creuit, & quidquid in po-  
sterum renascetur: nec immeritò Summus Pontifex operam  
tam vtiliter pro Christiana Republica impensam tibi per li-  
teras gratulatus est. Habes de multis pauca, quæ me mouerunt  
(ARCHIPRÆSVL ILLVSTRISIME) quibus, vel  
omnibus si careres, adhuc mihi nostra Societas imperaret. Vt  
hac opella scænis tantorum in se meritorum solorem, ne vi-  
deatur ingrata. Quibus enim officiis tua illi de nobis bene me-  
rendi perpetua voluntati satis vnquam facere potuisti? Qui,  
quaeso, tuus amor, qui de hac minima Societate sensus, qui gu-  
stus semper fuit? Siue cum in ipsa interiorem animorum ex-  
tremum, siue sum diuinæ zelum gloria, & inuandarum artes, cona-  
tusque animarum, ac prouentus, aliaque Dei munera intra-  
rere: Siue cum hunc Religiosum ordinem apprime factum ad  
Christianam promouendam in obsequiis Episcoporum expertus  
dictitares, quod in vno Prouincia Prapósito moderatore, quem  
conciliare sit facillimum, sexcentos operarios, nullo quaerendi  
labore, nullo amittendi periculo, nullo anxio retinendi studio  
tibi seraper ad manum esse testareris, quales ipse, paucissimos,  
etsi maxime velles, omni tuâ industria, si mare vix posses. Alia  
sunt, & maiora tua de nobis iudicia, quæ commemorare ve-  
tat pudor Sæcæ Xauerium, & Burdigalensem ipsius domum la-  
tere qui possim absque scelerè? Verbo dicam. Te sibi Xauerius,  
Tu Xauerio carius usus fuit, ac immersisti. Tu tanti viri  
epistolas, Apostolicam planè spirantes, carasti & Latinas prælo  
reddi tuis sumptibus, & gallicè redditas publico dari. Domum  
verò Professarum sub eius patrociniò in Aquitania Metropoli  
constitui posses. Sibi audisti, & exarsisti! amabo, ut eius initia



largitione magna iuisti primus! ut auctoritate firmasti! et  
praesentia, conuictuque familiari (vir tantus inter Christi men-  
dicos) cohaesisti! Quid dicam eidem domui destinatae, et  
iam pridem testamento legatae abs te copiosam illam tuam  
exquisitissimorum librorum suppellectilem, eruditionis iuxta, et  
liberalitatis tuae locupletissimum monumentum: ut qui te ipsum  
viuentem, ac animatam Bibliothecam semper retinere non pos-  
sumus, tua menti simillimam omnium saeculorum sapientiam,  
et in tanta Scriptorum vi uas unicas delicias, opesque cate-  
ris in egenos profusionibus tuis superstites, habeamus. Sed  
ut amanti nihil sufficit, tu iisdem illis suprema tua voluntatis  
absconditis tabulis te ipsum Xaueio legas, eiusque liberis; eodem  
enim templo, et eadem nobiscum humo condi desideras, et te-  
stamento constituis. At etiamne quaso sine funebri pompa? de  
nocte? manibus Sacerdotum sex, et mendicorum duodecim in-  
ferere? non Pariis, sed vulgari lapide: non in statuam erecto,  
sed strato, et ad pavementum aequato contegere? In Publicani  
penitentis modum ad Aedis limen (sic enim caues) applicita pe-  
titori manu, et his ex ore sese fundentibus verbis, Deis propi-  
tius esto mihi peccatori. Qua tua aeterna potestias est, et  
verè non humilitas virtutis, sed virtus humilitatis in ipso  
cinere constantissime duratura. Sed quò me rapis? Tu viuus,  
perpetuo gratia ponis, etiamque in morte ponere vis;  
nos agnoscemus semper, nunquam reponemus? Imitabimur  
ergo apiculas, quae cum nihil possint opulentibus, ceram ad al-  
taria deferunt. Multa tibi debent nostri, qui in hac Aquitana  
Prouincia uiuunt. Ego uero tibi quid, et quantum debeo,  
quem amare complecteris singulari? Moriar ingratus quale-  
cunque munus argumentum obseruantia erga te meae referam.  
Exiguus est istud, fateor, sed uel hoc pro praesente, qui  
tibi debet: hoc illustre, quia et in illis tuis ritet. Et  
si cui arrogantiùs facere uidear, qui Theologorum postremus te  
Theologorum Principem in patronum legit, in magis uisus  
purgatio. et enim paucis quae supra dixi, cum lectar, splen-  
didis, et opulentis oriundum parentibus uidear. Tibi autem



splendide, & opulenter nato elaborandum est, ut honores fugias, te inuitum sequuntur. Illustrem quæro: Galliam meritis, Italiam fama, Britanniam metu repleuisti. Eruditum postulo: Musas habes domesticas, & familiares. Concionaris eloquenter, scribis doctè, Hæreticos disputando non modo vincis, quod multis datum est, sed etiam conuincis, quod paucis concessum. Testes libri, quos ad interitum hæreseos, funusque vulgasti. Noli igitur Theologiam nostram minus excultam licet, & expolitam à manus osculo submonere. Fas est qualicumque tempore beneficium debentibus manum sibi munificam osculari.  
**V A L E.**

**Illustrissimæ Amplitudinis tuæ,**

Burdegala, die quarto Aprilis,  
in Pernigilio Paschæ, anni 1643.

Perpetuus in Christo seruus  
IOANNES MARITON.